

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel


Carolsruhae, 1765

CXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

mine confirmatam. Acta sunt hec Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XXXVI. in presentia Testium subscriptorum. U. de Valckenstain. W. de Stouphen. H. Sculteti Ragini. H. de Offenburc. B. Stachelini. G. & C. & Domini Ottonis & Filii sui. & C. Jochelini. H. Fratris sui, & aliorum quam plurimorum. Datum in villa Vilingen Annis Domini prenotatis

(L. S. penfilis.)



CXII.

ADELHEIDIS COMITISSÆ FRIBURGENSIS ET
FILIORUM EJUS CHARTA, QUA AREAM CURIÆ
TENNEBACENSIS PROPE FRIBURGUM
A CENSU ANNUO LIBERAM
REDDUNT.

ANNO MCCXXXVII.

Ex autographo Tennebacensi.


Adelheidis Dei gratia Comitissa de Friburc. C. B. H. & G. (a)
filii sui omnibus in perpetuum.

(a) Literæ hæc initiales significant Conradum & Bertoldum & Henricum & Gotfridum. Vid. Tom. I. Tab. V. ad pag. 221.

Cod. Dipl.

C c

Nouerint Vniuersi quod nos pro remedio animarum nostrarum & Divini Cultus augmento aream unam in Curia Monachorum de *Thennibahc* sita juxta *Friburc* in qua scilicet Capella de nouo constituta est: quæ nobis in xij. s. annui census tenebatur, manumittimus & liberam constituimus. ita quod nec nos nec heredes nostri predictum in ea Census vel aliud quicquam ratione Census deinceps exigere debeamus. ut autem hec rata permaneant presentem paginam Sigilli nostri muniminè duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M. C. C. XXXVII. Mense Julio in Ecclesia de *Friburc* in presentia testium subscriptorum. W. Monachi in *Thennibahc*. W. de *Stoufen*. H. de *Velthem*. H. *Sculteti* in *Friburc*. H. *Fasarij*. C. de *Zæringen*. L. de *Munzingen*. & aliorum quam plurium.



CXIII.

CONRADI COMITIS FRIBURGENSIS ET FRATRUM
EJUS INSTRUMENTUM DE CAPELLA IN SUBURBIO
CASTRI FRIBURGENSIS EXTRACTA.

CIRCA ANNUM MCCXXXVII.

Ex Tabulario Tennebacensi.

C. Comes de *Urâh*. Dominus de *Friburc* B. H. & G. fratres ejus. omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. Rej geste noticiam. Pia potentum opera cum in scripta